

- primus Cain *civitatem edificavit* ¹⁾). Et quid dicam? Fuitne unquam ^{b)} aliquis ex omni numero sanctorum sive laudabilium virorum, qui civitatem terrenam sive castellum terreni fundamenti edificaverit teste scriptura? Quales laudare proponens vir sapiens, scilicet Iesus ^{c)} filius
- 5 Syrach, *Laudemus ait viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua* ²⁾). Quin immo ^{d)} ut claro signaretur testimonio terrenas munitiones, qualium primus (ut iam dictum est) auctor extitit Cain, nunquam Deo fuisse complacitas, prima ^{e)} omnium civitatum, quam transito Iordane filii Israel obtinuerunt ^{f)}, — qui utique filii erant peregrinorum ^{g)},
- 10 scilicet sanctorum patriarcharum, qui *manentem hic civitatem habere noluerunt, sed futuram inquisierunt* ⁴⁾, — funditus corruit nutu vel iudicio Dei, nullis impacta machinis, sed solum sacris personantibus tubis Iosue prosequente, in quo erat spiritus Domini, atque dicente: *Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit et edificaverit Iericho* ^{g)}.
- 15 *In primogenito suo fundamenta iaciat illius* ^{h)}, et in novissimo liberorum *ponat portas eius* ⁵⁾). Quod et factum est. Nam *in diebus Achab regis Israel, ait scriptura, edificavit Ahiel* ⁱ⁾ *de Bethel Iericho. In Abiram primitivo suo fundavit eam et in Segub novissimo posuit portas eius iuxta verbum, quod locutus fuerat Dominus in manu Iosue filii Nun* ⁶⁾.
- 20 Tale iudicium civitas subiit, que populo Dei sive arcem Domini Iordanem transeunti prima obstitit. Numquid vero ceterę civitates Chananeorum melioris erant meriti, ut non et ipsę similiter ruerent ad ingressum eiusdem populi Dei? Non utique, sed tempus nondum erat, et in una civitate terrena, quid cetera quoque gentium molimina mererentur,
- 25 significatum esse sufficebat.

- 11 Fratres mei, secundum scripturam dicentem: *Et sola vexatio dabit intellectum auditui* ^{a 7)} fere mihi contigit. Vexatio namque quam vidistis me perpeti, quam audistis in dolore vocis quasi parturientis ⁸⁾ toto anno, immo et fere toto biennio priusquam inundaret ^{b)} hoc flagellum incendii, dedit intellectum auditui. Occasio enim mihi fuit, quatinus ^{c)} melius intelligerem id, quod verum est: conditores civitatum terrenarum male in scripturis sanctis et ante et post diluvium denotari

^{b)} unquam *fehlt B* ^{c)} Ihesus *B, Jesu M* ^{d)} Quinimo *AM* ^{e)} primo *M*

^{f)} optin. *B* ^{g)} Jherico *B, Hiericho AM (stets)* ^{h)} illius iaciat *AM*

ⁱ⁾ Achiel *AM*; Hiel *Vulg.*

11 ^{a)} auditui *fehlt J* ^{b)} immundaret *korr. mundaret A* ^{c)} quatenus *AJM*

¹⁾ *Gen. 4, 17* ²⁾ *Eccli. 44, 1* ³⁾ *Vgl. Jes. 60, 10* ⁴⁾ *Hebr. 13, 14*

⁵⁾ *Josua 6, 26; s. u. c. 17* ⁶⁾ *3. Reg. 16, 34* ⁷⁾ *Jes. 28, 19* ⁸⁾ *Vgl. Ps. 47, 7*